



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Dionysii Carthvsiani, luculenta iuxta ac compendiaria
in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Sophonias habet Cap. III. Et loquitur de iudicio dei contra Iudæos & gentes
& de consolatione Israel.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

D. DION. A RICK. CART.
Sophonias habet Cap. III. Et loqui
tur de iudicio dei contra Iudeos
& gentes & de consolatione Israel.

Cap. I.



Vineæ impiorum erunt, & disperganeos a facie terræ dicit dominus. Disperdam eos qui auertuntur de post tergum domini dicit dominus, & qui non exquisierunt dominum, nec inuestigauerunt eum. Silete a facie domini dei, qui a iuxta est dies domini. Visitabo super omnem qui arroganter ingreditur, & qui compleuit domum dei sui iniuriam & do lo. Et erit in tempore illo scrutaber Hierusalem in lacernis, & visitabo super viros defixos in fecibus suis, qui dicunt, Non faciet bene dominus, & non faciet male. Iuxta est dies domini magnus, iuxta & velox nimis Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseræ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. Ambulabit ut cæci, quia domino peccauerunt. In igne zeli domini deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet dominus cunctis habitantibus terram.

Cap. 2.

Querite dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati. Querite iustum, querite misericordiam, si quo modo abscondamini in die furoris domini. Horribilis dominus super impios, & attenuabit omnes deos terræ, & adorabunt eum viri de loco suo omnes insulæ gantium.

Cap. 3.

Expecta me dicit dominus in die resurrectionis meæ in futurū &c. Quare totū istud, quia de Christo exponentur resurgentē. Lauda filia Sion iubila Israël, exulta in omni corde tuo filia Hierusalem, abstulit dominus iudicium tuum, auerit inimicos tuos rex Israël, Domi-

E P I T O . E X A G G A E O .
nus in medio tui, non timebis malum ultra. Nolite timere, non dissoluantur manus vestrae. Dominus deus in medio tui fortis, ipse saluabit. Gaudebit super te dominus in letitia, silebit in dilectione tua, & exultabit super te in laude.

Aggæus habet Cap. II. Et prædicit reuersionem Iudæorum, de reædificatione tēpli, ac ciuitatis renouatione

Cap. I.

Onite corda vestra super vias vestras.

Cap. 2.

Prophetæ dicitur. Spiritus meus erit in medio vestri, nolite timere. Adhuc vnum modicum, & ego mouebo cælum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes. Et veniet desyderatus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit dominus. Magna erit gloria dominus istius nouissimæ plus quam primæ dicit dominus. Et in loco isto dabo pacem. (Nota de Christi aduentu prophetiam evidentem atq; pulcherrimam. Loquitur autem propheta de domo facta per Zorobabel.) Percussi vos vēto vrcnte, & erugine & grādine, & non fuīt in vobis q̄ reuertere ad me dicit dñs. In die illo dicit dñs assumam te Zorobabel fili Salatiel serue meus dicit dominus. Et ponam te quasi signaculum, quia te elegi dicit dominus exercituum.

Zacharias habet Cap. XLIII. Et loquitur de liberatione Iudæorum & de vindicta contra inimicos eorum, de humilitate aduētus Christi & passione eiusdem.

Cap. I.

Hec dicit dñs exercituum. Conuertimini ad me & conuertar ad vos. Ne sitis sicut patres vestri

d 2